ALARDVS AEMSTELREDAMVS DE SIMILITVDINVM AC PARABOLARVM vſu, & vtilitate, in operis commendationem, ad Lectorem.

TIBI *lector optime, certè nõ credendis uigilijs & expenſis, ſelectas aliquot Orthodoxorum ueterũ Similitudines haud mediocri adminiculo futuras exhibemus. Quibus nihil ad cõcionandum conducibilius eſſe meritò contenderim, quòd ſubtiliora illa, & ex medijs ſcholis deducta, uelut exilia nimium, uel non intrant craßiores uulgi animos, uel non hærent: rudioribus (utar enim* Rodolphi *Agricolæ uerbis) ex medio depromptis, tanquàm popularibus robuſtioribusque mouentur magis. Vtque delicatiores aures lyra citharáue delectat: ita militẽ non niſi tuba accẽderis. Craßis enim (quod in prouerbio eſt) craſſa cõueniunt.* Id *quod egregij illi ueteres* Theologiæ *tractatores, priſcique ſeculi con*